

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta**

**Gallemart, Jean**

**Coloniæ Agrippinæ, 1621**

Capvt V. De necessitate præparationis ad iustificationem in adultis, &  
vnde sit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39157**

a Ioh. 3. 5.  
Huius, &c. non  
dubita de  
consec. dist. 4.

gelium promulgatum, & sine lauacro regenerationis, y aut  
etius votu fieri non potest, sicut scriptum est: n. Si quis re-  
natus fuerit ex aqua & Spiritu S. non potest introire in re-  
gnatum Dei.

## REMISSIONES.

**V**ide Sayr. de Sacram. in genere li. 2. cap. 2. qu. 9. ar. 3. in fin. P. Egid. de Conink. de Sacramentis, & censuris tom. 1. q. 68. à nu. 23. Gabr. Valsquez in 3. par. D. Thom. tom. 2. disp. 151. nu. 18. & disp. 158. nu. 27.

**P**. Sine lauacro.] Vide Sot. in 4. dist. 5. qu. 1. art. 2. col. 5. D. Thom. p. 3. q. 68. ar. 2. Veg. in Conc. Trid. li. 9. c. 4. fol. 220.

**Y** Autius votu.] Vide Pat. Egid. dist. tom. 1. q. 62. nu. 66.

## CAPUT V.

De necessitate preparationis ad iustificationem in adultis,  
& vnde sit.

**D**eclarat præterea, ipsius iustificationis exordium  
in adultis à Dei per Christum letum præueniente  
gratia sumendum esse: hoc est, ab eius vocatione, qua nullis  
eorum existentibus meritis vocantur; ut, qui per peccata  
à Deo auersi erant, per eius excitantem atque adiuuantem  
gratiam ad conuertendum se ad suam ipitorum iustifica-  
tionem, eidem gratiae liberè assentiendo & cooperando,  
disponantur; b Iust. can. 1. ita vt, tangentे Deo cor hominis per Spir-  
itus S. illuminationem, neq; homo iple nihil omnino agat,  
c Prosp. li. 2. de voca. gen-  
tium c. 23.  
d Z. seb. 1. a. inspirationem illam recipiens, quippe qui illam & abi-  
e loc. 2. c. con-scere potest, neque tamen sine gratia Dei mouere se ad iu-  
f. 29. stitiam coram illo libera sua voluntate possit. Vnde in Sa-  
cristi litteris, cùm dicitur d: **B** Conuertimini ad me, & ego con-  
uerterem ad vos: libertatis nostræ ad monemur. Cùm respon-  
demus: **C** Onuerte nos Domine ad te, & conuertemur: Dei  
nos gratia præueniri confitemur.

## REMISSIONES.

**V**ide Sot. in 4. dist. 4. q. 2. art. 5. col. 10. Nat. in man. ca. 1. nu. 39.  
Balduia. Iunium super opera controvers. Bellarm. p. 2. l. 5. c. 3.  
vers.

vers. Quæst. 2. P. Egid. de Sacramentis, & censur. to. 2. disp. 2. dub. 4.  
nu. 34.

*¶ Conuertimini ad me ] Concordat text. in cap. conuertimini, de  
pœn. dist. 1. & illud Zach. 1. vers. 3. Conuertimini ad me, ait Dominus  
exercituum, & conuertar ad vos, & illud Ioh. 2. vers. 12. Conuertimini  
ad me in toto corde vestro.*

*¶ Conuertenos Domine ad te. ] Concordat illud Ierem. 31. vers. 18.  
Conuerte me, & conuertar; & illud eiusdem Ierem. in orat. vers. 21.  
Conuertenos Domine ad te, & conuertemur.*

## C A P V T VI.

Modus preparationis.

**D**isponuntur autem ad ipsam iustitiam, dum exci-  
tati diuina gratia & adiuti, a fidem ex auditu con- <sup>a Rom. 14.</sup>  
cipentes, liberè mouentur in Deum, credentes vera esse,  
quæ diuinitus reuelata & promissa sunt; atq; illud in pri-  
mis, a Deo iustificari impium per gratiā eius, per b redem- <sup>b Rom. 8.</sup>  
ptionem quæ est in Christo Iesu; & dum peccatores se esse  
intelligentes, a diuinæ iustitiae timore, quo utiliter con-  
cutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se con-  
uertendo, in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter  
Christum propitium fore; illumq; tamquam omnis iusti-  
tiae fontem diligere incipiunt: *¶ ac propterea mouetur cad-* <sup>c Infr. e. 14.</sup>  
*uersus peccata per odium aliquod & detestationem, hoc* <sup>d Sess. 14. e.</sup>  
*est per eam penitentiam, quam y ante Baptismum agi oportet.* <sup>f Eel. 1.</sup>  
*deniq; dum proponunt suscipere Baptismū, inchoate*  
*nouam vitam, & seruare diuina mandata. De hac disposi-*  
*tione scriptum est: d Accedentem ad Deum oportet cre-* <sup>d Heb. 11.</sup>  
*dere quia est, & quod inquirētibus se remunerari sit. Et, e Marc. 2. &*  
*e Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et, f Timor* <sup>Matt. 9.</sup>  
*Domini expellit peccatum. Et, g e Pœnitentiam agite, & ba-* <sup>g Act. 2. 3. e.</sup>  
*ptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in* <sup>agunt, &c.</sup>  
*remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum* <sup>propria de</sup>  
*Spiritus sancti. Et, h g Euntes ergo docete omnes gentes, bapti-* <sup>confidit, &c.</sup>  
*zantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, do-* <sup>h Mat. 28. v. 19.</sup>  
*centes eos seruare, quæcumque mandaui vobis. Denique,* <sup>Luc. 24. v. 1.</sup>  
*i Præparate corda vestra Domino.* <sup>c. sequitur,</sup> <sup>c. propriæ, &c.</sup> <sup>c. confidit, &c.</sup> <sup>i. Reg. 7. 6.</sup>

C 4

REMIS-